



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 7. Aquarum prodigia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

matorum hominum, manusq; pro Græcis at-  
tollentium, quos *Æaridas* esse coniecerant, à  
quibus ante pugnam precibus & votis implo-  
rârant opem. Ac sic Græci, *Themistoclis* atq;  
*Lycomedis Atheniensis Tetrarchi* virtute vi-  
ctores contra barbaros facti *Xerxem* fugârunt.

Iul. Ob-  
sequens  
c. 8.

Ad aërem quoque pertinet, quod *Iulius*  
Obsequens refert, silentio noctis ex silua  
*Arfia* ingentem vocem auditam esse, quæ  
superstitiosè *Silvani* credita fuerat. Pro-  
clamavit autem, vicisse bello Romanum.  
Potuit Angelus Romanorum fuisse. Sic in  
igne, sic in aëre Deus mirabilia facit.

§. VII.

*Aquarum prodigia.*

Neque in aëre duntaxat, sed in ceteris  
quoque rebus. Ille enim est, qui olim di-  
xit: *Extendam manum meam, & percutiam*  
*Ægyptum in cunctis mirabilibus meis.* Qua-  
re, sicut *Pharaonem* tunc etiam in aquarû  
prodigijs monuit, ita sæpius postea, &  
alios per aquas prodigiosas erudiuit; li-  
cet nonnulli superstitionibus diuina sub-  
inde monita inquinârint. *Hippocrates*, cùm  
tyrannus *Athenis* esset, hostiamq; immolasset,  
ahena, ut imposita erant, plena, & carne, &  
aqua absq; igne efferbuerant, ita ut aqua re-  
fundaret.

Exod. 3.  
20.

Herodot.  
lib. 1.

dunderet. Quod portentum conspicatus Chilon Lacedæmonius, qui fortè aderat, suavit ei, primum ne uxorem facundam duceret domum, secundo loco, si uxorem haberet, eijceret, & si quidem ex ea filium sustulisset, abdicaret. Vereor ne in hac aqua sine ignibus ebulliente Orcinum potius infuerit, quàm diuinum portentum, cum neque interpretatio eius fuerit diuina. Quare ad aliud aquaticum prodigium me confero, ex Dionysio Halicarnasseo sumtum. Quo tempore quinquaginta peditum millia, duodeuiginti equitum, vno tempore, barbari in armis haberunt, Cumarum ciues à Daunijs, Umbris, & alijs circumiectis gentibus oppugnati viderunt Vulturum & Clanium amnes hostium castra præterlabentes, retro cursum suum flexisse; eoque miraculo Cumani in spem bene gerendæ rei erecti fretique locorum opportunitate, in pugnam egressi immensum exercitum profli-gauerunt. Iterata sunt hæc olim aquarum miracula, vt & Ægyptij in mari rubro vincerentur; & non tantum per flumina, sed etiam per maria Israëlitæ siccis pedibus transirent. Cedunt enim ad Dei imperium aquæ, & succedunt. *Cum bello acri & di-*

Dionysii  
Halicarnasensis  
lib. 7.

Val. Max.  
lib. 1. c. 41  
n. 3.

turno

turno Veientes à Romanis intra maria compulsi, capi non possent; eaq; mora non minus obsidentibus, quàm obsessis intolerabilis videretur, exoptata victoria iter miro prodigio di immortales patefecerunt: ait Valerius Maximus. Subitò enim Albanus lacus, neque caelestibus imbris auctus, neque inundatione ullius amnis adiutus solitum stagni modum excessit. Ita obsessi diuinitus muniti videbantur. Sed opem in contrarium traxit ars Stygia. Nam eius rei explorande gratia legati ad Delphicum oraculum missi retulerunt, praecipere sortibus, ut aquam lacus eius emissam, per agros diffunderent. Sic enim Veios in potestatem populi Romani venturos. Quod prius, quàm legati renunciarent, aruspex Veientium à milite nostro (quia domestici interpretes decurrant) raptus, & in castra perlatum, dixerat. Ergo senatus duplici predictione monitus, eodem panè tempore, & religioni paruit, & hostium urbe potitus est. Hæc Valerius, quæ etsi aruspicina, & oraculum falsi Numinis contaminet, contigisse tamen per aquas plus nimio credibile est; cum paria, à Valerio Maximo recensita, ut de aqua, quæ apud Cerites sanguine commixta fluxit,

S. August. confirmet D. Augustinus, qui ait, etiam

tum

*tum natos infantes de uteris matrum quedam* lib. 4. de  
*verba clamasse: volasse serpentes, feminas (& ciu. Dei.*  
*gallinas, ut homines) in masculum sexum fuisse*  
*conuersas. Et quis dubitet, aquis mirabilia,*  
*in signum diuini vel fauoris, vel furoris*  
*contigisse? Nonne nos ipsi, in vltimis Co-*  
*mitijs Ratisponensibus Anno 1641. cele-*  
*bratis coram experti sumus, omnibus pro-*  
*digium, immò miraculum agnoscentibus,*  
*Danubium, vna repente nocte, glacie re-*  
*soluta, fluxisse, transitumq; Panierio & co-*  
*pijs illius negasse; quæ repentinæ aduene-*  
*rant, & panè totius imperij legatos, vnà*  
*cum optimo Cæsare Ferdinando III. op-*  
*presserant imparatos? Ne Danubium igi-*  
*tur transirent, congelatum ex aquis pontè*  
*illis Deus subduxit, aquas obiecit, & vnà*  
*glaciem ac consilia hostium dissoluit.*

## §. VIII.

*Terrarum monstra.*

De signis, per terræ motum, mutatio-  
nesque editis, est passim ex authoribus oc-  
casio intelligendi. M. Tullius ad aruspi-  
cinæ rationem refert, quæ Tages quidam  
dicitur in agro Tarquinensi, cum terram  
araret, & sulcus altiùs impressus esset, vo-  
ce repentinè existente, audiuisse. Sed sæpe  
vox

Cic. de  
diuin.

vox